



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

51. Tres figuræ celebriores S. Eucharistiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

SYMBOLUM 51.

Tres figuræ celebriores S Eucharistiæ Manna, agnus, sanguis.

Mysterarum meliora parant con vivia dextre,
 Quam ros, aligerum daps fabricata manu.
 Purior igne agnus, tollens animæque lituras
 Sumitur, & quovis purior amne cruor.
 Pura petit puras, Sanctas Sanctissima mentes
 Hostia: nam trino (a) consociata Deo.

(a) Sylvius 3. p. q. 76. a. 1. dicit, Patrem & Spiritum S. esse in Eucharistiâ per concomitantiam mediatam: non quia terminaverint unionem hypostaticam sicut Filius; sed sicut ratione unionis factum est, ut speciali aliquo modo sint in Christi humanitate, in quâ specialiter operantur, & quam Verbo unitam tota Trinitas conservat, & ad operandum dirigit: ita ratione ejusdem unionis peculiariter ibi sunt pater & Spiritus S., ubi est Verbum, Verbiq; Divinitas, cum sint inseparabiles. Ita syl. & scholastici.

SYMBOLUM 52.

Eucharistiâ, sicut omnia alia Sacramenta, tria significat, passionem Christi præteritam ut causam meritoriam & efficientem; gratiam præsentem ut causam formalem; gloriam futuram ut causam finalem.

Quanta ter angusto vis condita Sacramento?
 Farre sub angusto res latet eximia.
 Mnemosynon passî, quâ mens ignescit amore
 Gratia; sola (a) soli, gloria summa poli.
 Arrha subest Triadis, Divini pignus (b) amoris;
 Viva salutiferas Hostia condit opes.

(a) Ut terra nobis sit calum facit hoc mysterium, sicut enim in calis ita in terra regium corpus tibi videndum proponitur, dicit S. Chrys. [b] Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, ut Filij Dei nominemur & simus. Sicut ergo Deus habet in cibum vitæ suæ cibum qui per essentiam est Deus, sic homo participare debuit cibum divinum. Lab.

SYM-